

dicem, dicens se velle nubere, non ex hoc statim desinit esse tutrix, cum ille dicant, quod contractis nuptiis expellatur, et non dicunt; cum autem nubendi habuerit, prout ponderat Salicet. in dict. authent. *sacramentum*, licet Bart. ubi supra, in hoc etiam voluit contrarium, pœnæ namque sunt molliendæ, non extendendæ, l. *interpretatione*, D. de pœnis. Item cum mulier perdat tutelam, matrimonium secundum contrahendõ, multò magis perdat luxuriando, ut in l. fin. C. quando mulier tutel. offic. fung. pot. Gloss. in dict. authent. *sacramentum*, quæ communiter approbatur.

(2) *Sacar los moços*. Concordat cum dict. authent. *sacramentum*, et in corpore unde sumitur, et cum authent. *de hæred. ab intestat. venient*. cap. ex his. Quid tamen si mater, vel avia esset tutrix testamentaria, an privabitur tutela propter transitum ad secunda vota? Glossa movet quæstionem in l. *omnem*, C. ad Tertul. et ponit in opinionibus; et opinio Joau. et Azon. quod idem sit in testamentaria, approbatur ibi per Bartolum et Bald. et Salicet. et constat hoc etiam, quia et mater tu rex testamentaria renuntiare debet secundis nuptiis, ut supra l. proxim. qui punctus erat tota substantia ad hujus decisionis quæstionem, secundum Bald. in authent. *eisdem*, C. de secund. nupt. ad fin. Quid autem si mater (quæ fuit expulsa à tutela propter transitum ad secunda vota) videtur, an reassumat tutelam? Speculator disputat in dict. tit. de tutor. §. *nunc dicendum*, vers. *quæro si mater*; tandem solvit, quod si res est integra, et pueri nullum habeant tutorem, vel habere possunt, et tunc admittatur; secus verò si alium tutorem legitimum habeant, vel habere possint; et ad declarationem hujus dicti Speculatoris vide Salicetum in dict. authent. *sacramentum*, col. 5. vers. *quæro etiam ab extra*.

(3) *Al mas cercano*. Reprobatur opinionem Glossæ in dict. authent. *sacramentum*, quæ dicit, quod expulsa matre à tutela propter transitum ad secunda vota, locus esset tutori dativo, et non legitimo; quam opinionem dicit esse communem Albericus in dict. authent. *matri et avia*, col. 5. vers. *expeditis q. æstionibus*, et approbat opinionem contrariam, quæ fuit Alberici de Sal. et Jacob. Butri. et Rayner. de For. et sequacium: et nota et tene menti istam legem Partitarum, nam de jure communi ista quæstio erat valde difficilis, prout attestatur Baldus, latè in hoc loquens in dict. authent. *sacramentum*, ubi et Salicet. post longam disputationem dicit, opinionem dictæ glossæ stante tacito dubio, in judiciis, et in scholis sequendam esse: considera tamen, an opinio glossæ communis possit salvari, etiam stante lege ista Partitarum, in eo casu quo mater antequam transiret ad secundas nuptias, ivit ad judicem, et dixit: Domine judex, ego intendo transire ad secunda vota, detis tutorem filio meo; quo casu Bartolus concordando opiniones, tenet, quod tunc locus sit dativo, et quod opinio contraria procedat, quando mater non curavit de filiis, sed simpliciter ad secundas nuptias transivit, quia cum tunc desinat esse tutrix ipso jure, judice hoc non agente, meritò deveniet ad sequentem legitimum, non ad dativum, l. *si quis sub conditione*, D. de testam. tutel. quod non est, quando ipsa adit judicem, et petit tutorem dari filio; quo casu habet locum ratio, quæ ponitur in dicta l. *si quis sub conditione*, et in l. 5. §. *quæri potest*, D. de legit. tutor. cum enim factum judicis duret in ea removendæ, et in ea durat reliquæ prioris tutelæ, et non desinit tali casu ipso jure tutrix esse, prius quàm alius tutor detur, et sic quandiu ipsa est tutrix, non est locus legitimo, neque postea, quia iste qui datur, subrogatur loco matris, quæ alios legitimos excludit; et sic isto casu cum subrogatum assumat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, prout latius declarat Salicet. in dict. authent. *sacramentum*, videtur, quod limitari debeat ista lex in isto casu, quæ tantum loquitur in muliere, quæ nupsit secundò, et non exprimit illum casum, ubi prius tutorem petit ordinari, ut in authent. *de nupt. cap. si autem tutelam*; imò ex verbis ejus patet, quod loquatur de ea, quæ non dato tutore filiis transit ad secunda vota, cum dicit, *de mentre, que tuiesset sus filios en guarda*; unde in casu in quo ista lex expresse non loquitur, non videtur recedendum ab opinione Bartoli, quæ etiam est communis. Sed an cum mater ante transitum ad secundas nuptias, petit tutorem dari filiis, sit dandus ille, quem mater petierit? Magis communis opinio est, quod non necessitetur judex ad hoc, ex eo quod mater posset fraudulenter eligere ad rationes fraudandas, l. *Divus*, §. *si quidem*, D. qui pet. tutor. et vide l. *credendum*, in fin. D. qui pet. tutor. et quod habetur infra eod. l. proxim. et Alberic. in authent. *matri et avia*, in vers. *expeditis quæstionibus*, C. quando mulier offic. tutel. fung. potest: et secundum

Salicet. in dict. authent. *sacramentum*, ad fin. judex non malè faciet, si agnatos, et cognatos, et notos pupilli ad hoc citari faciat; de qua materia vide notabile consilium Francisc. Curtii senioris consil. 46. *super controversia*, ubi latè tradit, et ibi allegat singulare dictum Baldi in l. *omnem*, vers. *quæro an dativus*, C. ad Tertul. ubi quærit, an dativus petitus à matre præferatur legitimo, et arguit videri expressum, quod sic, in dict. cap. *si autem tutelam*, et tandem decidit istud esse verum, quando dativus iste daretur ex inquisitione, secus si perfunctoriè, et legitimi sint magis idonei: et subdit Baldus, se intelligere dari per inquisitionem, quando vocatis vocandis datus esset; quia secundum eum verba apposita per tabeliones, dicentes, *quod judex videns et cognoscens eum idoneum, etc.* non probant, quod sit datus ex inquisitione, sed solum quod sit idoneus ex aspectu, et quia quilibet præsumitur idoneus ex generali conjectura; quæ sunt verba gravia et singularia; et adde quæ tradit Baldus consil. 82. 2. vol. incipienti *statuto*.

(4) *Las leyes*. Vide supra eod. l. 4. et infra eod. l. 14.

(5) *Los bienes della*. Vide l. 25. et 26. tit. 13. 5. Partit. et quæ ibi dixi

(6) *Que caso con ella*. Adde l. 2. C. quando mulier offic. tutelæ fungi potest, et l. si mater, C. in quib. caus. pign. tacit. contrah. et ibi Bald. in authent. *de nupt. §. si quis autem tutelam*, ubi Bart. et dict. l. 26. et l. fin. tit. 17. lib. 5. For. LL.

LEY VI.— Como la madre puede establecer guardadores en su testamento à los hijos, que dexa por herederos (a).

La madre (1) que faze testamento, en que estableciesse por sus herederos a sus hijos, que non ouiessem padre, bien les puede establecer guardador en el. Pero tal guardador como este non puede vsar en ninguna manera de los bienes del moço, a menos de ser confirmado del Juez del lugar, do son los bienes: e el Juez deuelo confirmar (2), e otorgarle guarda dellos, si non fuere atal, a quien defendan las leyes deste nuestro libro que lo non sea. Mas si la madre non estableciesse por su heredero al fijo, non le podria dexar guardador, maguer le dexasse de otra guisa (3) alguna partida de sus bienes. Pero si acæciesse que lo fiziesse, si gelo quisiesse (4) confirmar el Juez, valdria, mas non de otra guisa.

(a) L. 2, tit. 7, lib. 3 del F. R.

LEY VI.— Potest mater in testamento dare tutorem filio, debet tamen judex eum confirmare, aliàs non posset administrare: si tamen eum hæredem non instituit, licet ei leget, non potest; si tamen fecerit, potest eum judex si est idoneus, confirmare. Hoc dicit.

(1) *La madre*. Idem dic in avia, secundum Bart. in l. *pater*, D. de testam. tutel.

(2) *Deuelo confirmar*. Et sic necessitas imponitur judici isto casu, quando mater filium instituit hæredem, et in hoc videtur ista lex approbare opinionem Glossæ in l. *mater*, C. de testam. tutel. de quorum habet ista lex. Azon. etiam C. de confirm. tutor. in summa, vers. *si verò mater*, dicit, quod si mater instituat filium, debet quidem confirmari datio, quia ex se non tenet; et subdit Azon. *causa tamen cogita*, id est, cum inquisitione, ut in l. 1. ejusd. tit. et dict. l. *mater*: ista tamen lex Partitarum nihil dicit de inquisitione. Doctores in dict. l. *mater*, signanter Albericus et Salicetus, dicunt, quod ista inquisitio, cum filius à matre instituitur, debet esse levis, et idem tenet Bart. in l. *pater*, D. de testam. tutel. et in l. *mulier*, D. de confirm. tutor. et in l. *peto*, §. *mater*, ubi etiam Paul. et Imol. D. de legat. 2. Tu verò concludit, quod, aut filius institutus à matre habet alia bona, et tunc respectu illorum bonorum erit necessaria inquisitio; si verò nulla alia bona habeat, nisi quæ mater sibi jure institutionis reliquit, tunc debet confirmari sine inquisitione aliqua; et ita intellige istam legem, et ita tenet Bart. post Din. in l. *si patronus*, D. de confirm. tutor. ubi idem tenet Alberic. et tenet etiam Angel. in l. 1. C. de testam. tutel. et licet habeat alia bona, cum instituitur à matre, levior sufficeret inquisitio, quàm cum instituitur ab extraneo, et ita procedent

dicta Bartoli, et aliorum in dict. l. *pater*, et in dict. l. *mulier*, et in dict. l. *mater*. Limita tamen singulariter istam legem disponentem tutorem datum à matre in testamento, in quo filium instituit hæredem, omnimò confirmandum, quando instituit eum universaliter, et quod secus esset, si eum in sola legitima instituisset; casus videtur de hoc singularis in dict. l. *peto* in §. *mater*, ubi juris consultus dicit tutorem filio à matre nulliter datum, non ex alio, nisi quia in effectu mater non instituerat filium nisi in sua legitima, cum reliqua pars hereditatis subjecta esset fideicommisso, in quo legitima non includebatur, l. *coheredis*, §. *cum filia*, D. de vulgar. et pupill. et ita ad hoc ponderat dictum §. *mater*, Ludov. Roman. consil. 188. incipit *in hac causa*. Et adverte, quod in casu, quo instituitur à matre, remittetur satisfactio, per textum in l. 1. D. de confirm. tutor. et tenet Azon. ubi supra, et probatur in l. fin. D. eod. et tenet Bart. in l. 1. D. eod. Sed adverte, quia Azon. loquitur quando fuit facta confirmatio cum inquisitione; et sic videtur, quod deberet satisfari, quando confirmatur sine inquisitione, et ita vult etiam Gloss. in dict. l. fin. et vide Bart. in l. *tutores*, D. eod.

(3) *De otra guisa*. Nota hoc verbum, nam etsi mater filio aliquid legaret, et daret tutorem, non confirmabitur sine magna inquisitione, ut in l. 2. et notat Bart. in l. *naturale*, D. de confirm. tutor. licet Bartolus hoc de legato non tangat: et l. fin. C. de confirm. tutor. videtur innuere, quod sufficiat relinquere quocumque titulo, loquitur tamen in patre naturali, vide per Bart. in dict. l. *naturali*.

(4) *Gelo quisiesse*. Si tamen viderit expedire pupillo, poterit confirmare, ut in dict. l. *mater*, C. de testam. tutel. sed an tenebitur in iudicatu, si non fecerit cum expediret, vide l. non quidquid, et ibi per Paul. de Cast. D. de judic. et videtur de mente Salic. in dict. l. *mater*, ibi: *quæro tunc*, quod judex teneatur confirmare, præmissa magna causæ cognitione, quando mater filium non instituit. An autem tutor confirmatus à judice præferatur legitimo tutori, vel admittatur tutorem dativum secum? Vide per Bart. in l. 1. D. de confir. tutor. ibi refert disputationem Martini Silla. de qua vide Joann. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de tutore, §. *nunc dicendum*, in additione incipienti, propter hoc, et concluditur, præferri legitimo, et idem tenet Salic. in l. 2. C. de confir. tutor. cum tamen talis confirmatus sit dativus; admittit alium dativum secum, secundum eos, si ut proponis, C. de confir. tutor.

LEY VII.— Que el padre puede dar a su sieruo por guardador de sus hijos; e como deve dezir ciertamente el nome del guardador, porque non aya y dubda (a).

Dexando el padre a alguno de sus sieruos (b) por guardador de sus hijos, maguer non le ouiesse a te desto aforrado por palabra, fazese libre (1) por esta razon, e sera guardador dellos, si fuer mayor de veynte e cinco años; e si fuere menor, como quier que sea forro, non sera guardador dellos, fasta que sea de la edad sobre dicha (2). Mas si dexasse sieruo (c) ageno (3), non valdria, nin seria guardador dellos. Otrosi dezimos, que quando el padre estableciesse a alguno por guardador de sus hijos, que lo deve nombrar, e señalar, de manera que lo puedan saber ciertamente, qual es. Ca si acæciesse, que nombrasse a vno por guardador, e ouiesse y otro (4) que ouiesse aquel mismo nome, si non pudiessen saber ciertamente, qual dellos fuera su entencion que lo fuesse; estonce non lo deve ser ninguno dellos (5).

(a) L. 2, tit. 7, lib. 3 del F. R.

(b) (c) En quanto à la esclavitud véase nuestra nota 1.ª à la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEY VII.— Non potest testator servum alienum dare tutorem: sed si proprium servum det filio, non facta mentione libertatis, consequitur propter hoc libertatem et tutelam, si est major xxv. annis; sed si est minor, consequitur libertatem, et factus major habebit tute-

lam. Item dato Titio in tutorem, si sunt duo Titii, nec apparet de quo sensit testator, non valet tutoris datio. Hoc dicit.

(1) *Fazese libre*. Concordat cum l. *quæro*, §. *Lucius*, D. de testam. tutel. et Institut. qui testam. tutor. dar. poss. in princ.

(2) *Fasta que sea de la edad sobre dicha*. Facit ad id, quod dixi in l. 4. supra, eod. in gloss. super parte *mayor de veinte e cinco años*.

(3) *Sieruo ageno*. Concordat cum §. 1. Institut. qui testam. tutor. dar. poss.

(4) *Ouiesse y otro*. Hoc debet probari ab allegante, aliàs pluralitas nominis non præsumeretur, ut addicit Socin. consil. 28. *riso testamento*, col. 5. et 4. in 3. volum. et consil. 40. col. 2. vide tamen, quod in hoc notat Abb. in cap. cum Joannes, de fide instrum. et Decius consil. 101. col. 1. ad fin.

(5) *Ninguno dellos*. Concordat cum l. *duo sunt Titii*, D. de testam. tutel. et vide quæ dixi in l. 25. et 23. tit. 11. 5. Partit. et in l. 10. tit. 5. supra ead. Partit.

LEY VIII.— Como el guardador, que el padre da a sus hijos naturales, non deve vsar de tal guarda sin mandado de Juez (a).

Tambien al fijo de barragana (1), como al que fuere de muger legitima, puede el padre dar guardador a su finamiento (2) que guarde a el, e a los bienes en que lo fizo su heredero. Pero este guardador atal non se puede trabajar de la guarda del huérfano, nin vsar de los bienes del, a menos de ser confirmado por el Juez del lugar. Otrosi dezimos, que si algun ome estableciere en su testamento por su heredero a algun huérfano extraño (3), que le puede dar guardador en aquel mesmo testamento, e este guardador atal deve ser confirmado del Juez, segun diximos del otro. E avn dezimos, que los guardadores que son escritos en los testamentos, pueden ser esablescidos simplemente, e a tiempo cierto, o so condicion (4), segun que fuere su voluntad del fazedor del testamento.

(a) L. 2, tit. 7, lib. 3 del F. R.

LEX VIII.— Potest pater filio naturali vel extraneo, patrem non habenti, dare in testamento tutorem, qui eum, et bona in quibus eum instituit, administret; sed talis debet per judicem confirmari. Item tutor potest dari in testamento purè, vel ad tempus, vel sub conditione. Hoc dicit.

(1) *Al fijo de barragana*. Concordat cum l. *naturali*, D. de confir. tut. et cum l. fin. C. eod. et quid si paternaturalis dedit unum tutorem, mater alium, nunquid concurrent, vel præfertur paternus? Cynus quærit, et reliquit cogitandum in dict. l. fin. Albericus verò dicit, se credere hoc relinquendum arbitrio judicis attendente utilitate pupilli, argumento l. *utilita em*, D. de confir. tutor. Angelus verò ibi dicit, quod si tutelæ concurrant, quilibet tutor præferretur in administrando bona à relinquente relicta; si verò non concurrat, primus erit tutor, non verò qui datus est secundo loco, quia tutorem habenti tutor dari non potest; et dicit ita sibi videri in lectionis discursu, satis placet quod respondet Albericus: potest etiam procedere dictum Angeli, et limitari, nisi patrimonium esset magnum et diffusum, ut in l. *propter*, C. in quib. casib. habent. tutor dar. potest. Post hæc scripta vidi notabile consilium Ludov. Rom. incipit, *in hac causa mihi comissa*, ubi videtur comprobare opinionem Angeli, vide ibi; spurio tamen filio non potest dari tutor in testamento per patrem, Gloss. et Bart. in l. 1. D. de testam. tutel.

(2) *A su finamiento*. Id est in suo testamento.

(3) *Huérffano extraño*. Concordat cum l. *si patronus*, D. de confir. tutor.

(4) *So condicion*. Concordat cum §. *ad certum tempus*, Institut. qui testam. tut. dar. poss. et intellige de datis in testamento, prout hic dicitur; secus est in dativo, l. *muto*, §. 1. D. de tutel. et est ratio secundum Speculat. tit. de tutore, §. *generaliter*, col. 6. quia dare tutorem est actus legitimus, qui non recipit diem vel conditionem. l. *actus*, D. de regul. jur. præsumitur autem pro patre, quod bene fa-

ciat, et lex multum confidit de eo: et attenda generalitate hujus legis Partitarum, non erit ista specialitas tantum in testamento patris, sed etiam in testamento matris vel extranei, qui populum instituit heredem, ut supra l. 6. et ista eadem lege.

LEV IX.—Como quando el padre, e el auuelo, non dexa guardador a sus hijos, nin a sus nietos en su testamento, lo deue auer el pariente mas propinco, que ouiere.

Si non testamento muriendo algun ome, que ouiesse hijos, e non les ouiesse dado guardadores; o si fiziesse testamento, e non los dexasse en guarda de ninguno; o si les dexasse guardadores, e se muriessen ante que el padre (1) dellos; si los moços non ouieren madre, nin auuela (2), mandamos, que los parientes mas cercanos que ouieren, e que estouieren en vn mismo grado (3), sean guardadores dellos, e de todos sus bienes. E estos guardadores atales son llamados, Legitimos (4). Pero dezimos, que ante que vnen de los bienes de los moços, deuen dar fiadores (5) valiosos al Juez del lugar, que prometan (6), e se obliguen por los guardadores, que ellos aliñaran, e guardaran bien, e lealmente, los bienes de los huérfanos, e los frutos dellos. E sobre todo, deuen jurar (7) los guardadores, de fazer todas las cosas que sean a pro de los huérfanos que han en guarda, e de non se entremeter de fazer cosa que se torne a daño dellos. E que guardaran lealmente sus personas, e sus cosas. Mas si los huérfanos sobredichos ouiesse madre, o auuela, que quisiesse guardar los huérfanos, e sus bienes; estonze dezimos, que la madre lo puede fazer, ante que ninguno de los otros parientes, solo que sea buena muger, e de recabdo. Pero deue dar, e fazer a los moços primeramente tal seguridad, como de suso diximos (8) en la sesta ley ante desta. E si la madre non quisiere entremeterse desto, puede estonze (9) el auuela auer la guarda dellos.

LEV IX.—Habens liberos menores decedens ab intestato, vel aliàs non relinquens eis tutorem, si filii matrem seu aviam non habeant, vocantur ad tutelam proximiores consanguinei in eodem gradu, qui dicuntur tutores legitimi; qui debent prestare idoneos fidejussores loci iudici, quòd bene et fideliter bona minorum administrabunt: et jurabunt tutores res pupillorum fideliter conservare. Si tamen pupilli matrem vel aviam habent, ipsæ erunt tutrices, ut supra eod. tit. l. 4. et 5. et si mater noluerit, præfertur avia legitimis. Hoc dicit.

(1) Muriessen ante que el padre. Idem si decesserit mortuo patre, impubere adhuc filio, ut in l. *intestato*, in fin. D. de legitim. tutor.

(2) Madre, nin auuela. Hæ enim præferuntur legitimis, ut hic, et in authent. *matri, et avia*, C. quando mulier tutel. offic. fungi potest.

(3) En un mismo grado. Concordat cum authent. *sicut*, C. de legitim. tutel. et D. eod. l. si plures.

(4) Legitimos. Adde supra eod. l. 2. et quæ ibi dixi.

(5) Fiadores. Debent enim tutores legitimi satisfacere rem pupilli salvam fore, ut hic, et in l. *legitimos*, D. de legitim. tutor. et antea non potest quicumquam administrare, ut in l. 1. 5. et fin. C. de tut. vel curat. qui non satisfacit. et non requiritur ista satisfactio ad inchoationem nascens officii, sed ad executionem officii in esse jam producti, et ideo in alia die, quam in die datæ tutelæ, et in alio instrumento præstari potest. Bald. in *addit. ad Spec. tit. de tut.* et testamentarii tutores non satisfaciant, neque datus à præside, vel prætore cum inquisitione, ut *Institut. de satisfacit tutor*. in princ. et in §. penult. *de Attil. tutor.* et tradit Gloss. quam Bartolus ibi dicit notandam, in authent. *ut qui oblig se perhib. habere res minor.* in §. fin. et licet Gloss. in l. 1. C. de tut. et curat. qui non satisfacit. dicit, quod hodie datus indistinctè satisfacit, in tamen Salicetus ibi approbat glossam in dict. authent. in §. fin. dicentem, quod cum datur ex inquisitione, et à majoribus iudicibus, non satisfacit, secus, si à minoribus; et quod sit ratio, quia propter maiorem auctoritatem qua nititur, fides ejus approbata dicitur: in practica tamen videmus indistinctè à tutoribus datus exigat satisfactionem, et fortè ideo, quia ista inquisitione qua datur, non est ita in usu: de jure tamen communi approbatur per Doctores communiter dicta glossa in dict. §. fin. dict. authent. *ut hi qui obligatas, etc.* ut notat Bart. in l. 1. D. *rem pupill. salvam fore*, et in l. *si nemo*, §. 1. D. de testam. tutel. licet Speculat. tit. de tutor. §. *si autem*, dicit, quod hodie omnis datus satisfacit. Leges etiam istarum Partitarum non disponunt de fidejussore dando in dativo tutore; ut patet infra eod. l. 12. et in l. 94. tit. 48. Partit. 3. ubi ponitur forma instrumenti dationis tutelæ in legitimo tutore. Limita tamen istam legem, quatenus disponit de satisfactione legitimi tutoris, quod procedat, nisi in patrone vocato ad tutelam liberti, quia talis ita demum satisfacit, si sit persona vulgaris vel minus honesta, non aliàs, ut habetur in dict. l. *legitimos*, in princ. et idem dicit Salicetus dicendum in patre, quia majus esse tribuit filio, quam patronus liberto, ut sic causa cognita satisfacit, non aliàs, argumento l. *jubemus*, C. ad Trebell. §. *in supradictis*, et l. *Imperator*, à contrario sensu, D. ad Trebell. ita Salicetus in l. 3. C. de tutor. et curat. qui non satisfacit. Albericus etiam in rubr. ejusd. tit. tractat hoc de patre tutore filii emancipati, et tandem putat considerandum, quod si patrimonium filii sit amplum, et persona patris indigens et suspecta, quod satisfacere teneatur, aliàs non; et ita dicit colligi posse ex dicta l. *legitimos*, §. 1. et 2. et quia si hoc est in patrone, fortius in patre; et quia eisdem privilegiis utuntur parentes circa filios, quibus patroni circa libertos, l. fin. C. *qui et advers. quos*, l. *si quis à libertis*, §. *solent*, D. de liber. agnos. Quid autem, si tutor sit valde dives, an adhuc teneatur satisfacere? Baldus in l. *mulier*, C. de jure dot. in *utraque lectura* vult, quod sic, post Glossam ibi; vult tamen, quod tunc qualicumque fidejussor sufficiat, etsi nihil habeat in patrimonio: et idem dicit de contra, si fidejussor est multum idoneus, et principalis non, suppleri per fidejussorem patrimonium debitoris, Gloss. in l. *si plures*, §. 1. D. de fidejussor. quam glossam Baldus dicit non esse alibi: et dicit Joan de Plat. in l. 1. C. de pericul. nominat. lib. 11. et in l. *quicumque*, la 2. C. de fund. patrimon. eod. lib. hoc procedere in tutore, quod licet sit dives, satisfacit, et quod non procederet in alio administratore publico, ut in dictis l. et tradit Paul. in l. 1. D. *qui satisfacit cogant*. Et nota quod non est de substantia satisfactio tutelæ et curæ, quod patrimonium tutoris vel curatoris valeat tantum, quantum facultates pupilli vel adulti, secundum Bald. in dict. l. *mulier*, in l. lectur. et vide ibi per eum, an teneat actus cum quis admissus fuit cum minus idoneo fidejussore, et an debeat auereri satisfactio, si crescat patrimonium. Adverte etiam, quod fidejussor debet esse locuplex secundum quantitatem inventarii, ut in l. fin. et ibi Bald. C. de magistrat. conveniend. et vide per Bart. in l. 2. §. *idoneos*, D. ad Tertul. Dicit etiam Bald. in dict. l. fin. quod non vitiatur datio tutelæ, etsi fidejussor non sit idoneus: et ibi etiam vide per eum, quid si pupillus sit valde dives, et quæ dixi in l. 3. in gloss. super parte *madre*, tit. 48. 2. Partit. Nota etiam, quod si persona propinqua legitimi est multum fida et honesta, remittitur ei satisfactio, secundum Bald. in dict. l. *legitimos*, per illum textum inferentem, quod idem sit in legitimo tutore tali, quod ibi dicitur de patrone; erit ergo remedium secundum eum, quod si tutor legitimus non inveniat fidejussores, quod iudex præcedente inquisitione ei administrationem decernat, faciat iudex in suo decreto mentionem de hoc, et de tali fidelitate et honestate; quod dicit esse notandum, prodest enim ad satisfactionem non præstandam præcedens vita laudabilis; vide per Joan. de Plat. in l. *agentes*, C. de agentib. in reb. lib. 12. et adde Jason. in l. *si quis stipulatus*, §. 1. D. de verb. obligat. Contra hoc tamen dictum Baldi facit dicta l. 94. ibi cum dicit: *porque los fallaron que eran omnes buenos, e de buen testimonio, e desembargados, etc.* et tamen adhuc requiritur ibi, quod præstetur satisfactio: neque tutum arbitror dispositionem, l. *si patronus*, in casu tunc specialia, extendendam ad quemcumque tutorem legitimum, si detur ex inquisitione: tu cogita.

(6) Que prometan. De forma instrumenti fidejussoris tutoris, vide in dict. l. 94.

(7) Jurar. Concordat cum cap. fin. in authent. *ut hi qui oblig se perhib. habere res minor.* dicit tamen Specul. tit. de tutor. §. *generaliter*, col. 3. quod licet tutor non juraverit, valent tamen facta per eum, quia cum multa egerit, decepti essent, qui eo cum contraxisent, argumento l. *Barbarius*, D. de offic. Prætor. et ibi vide per Joan.

And. in addition quod hoc juramentum possit remitti per testatorem. Contra dictum Speculatoris tamen facit, quia l. *Barbarius* non habet locum, nisi in officiis publicis auctoritate et utilitate, non in privatis. Altero etiam modo, et in similibus terminis, dicit Bald. in *addition. ad Specul. tit. de tutor.* circa fin. quod si tutor non fecit inventarium, non valet auctoritas ejus, nam omissio modi vel formæ vitiat etiam actum favorabilem, l. *qui Romæ*, §. *Flavius*, D. de verb. obligat. etiamsi communis error adsit. Bartolus etiam ponit hoc, ut unum de requisitis, in dict. l. *legitimos*, circa fin. princ. D. de legitim. tutor.

(8) Diximos. Supra eod. l. 4. ubi vide quæ dixi, et adverte, quod neque illa lex, neque ista exigunt satisfactionem in matre vel avia, tutrice testamentaria vel legitima: et de testamentaria planè procedit, quando verò datur à lege, licet hæc lex non dicat, crederem necessariam esse satisfactionem, et ita tenet Albericus in dict. authent. *matri et avia*, col. 2. et in rubric. C. de tutor. et curat. qui non satisfacit. et in l. *de creationibus*, C. de Episcop. audient. neque ista lex repugnat, imò facit, quod teneatur satisfacere, cum in legitimis hoc requirit, et mater vel avia est legitima, ut dicit Bart. in dict. authent. *matri, et avia*, col. 2. vel licet dicatur anomala secundum Specul. tit. de tutor. §. *nunc dicendum*, in princ. non potest negari, quin participet de legitima, et ideo debet satisfacere: et quod satisfacit, tenet etiam Azon. C. *quando mulier tutel. offic. fungi potest*, in summ. in finalibus verbis, allegat dictum cap. fin. in authent. *ut sine prohibitione matres, etc.* ubi est textus expressus ibi: *et de fidejussoribus dandis*.

(9) Puede estonze. Concordat cum dict. authent. *matri et avia*, ibi: *secundum ordinem*.

LEV X.—Como aquel que aforro a su sieruo de menor edad, deue ser guardador del, e de sus bienes.

Aforrando algun ome su sieruo (a) que fuesse menor de catorze años, el señor (1) deue auer en guarda a el, e a sus bienes; porque si tal aforrado como este moriesse, e non ouiesse padre, nin madre, nin otro pariente, de aquellos que le deuián heredar segun derecho, este su patron que le aforro, heredaría todos sus bienes. E porende guisada cosa es, que el que auia la pro heredando los bienes del, que sufra el cargo (2) de ser su guardador. Otrosi dezimos, que si el padre (3) saca al hijo de su poder, que es menor de catorze años, que el lo deue auer en guarda, a el, e a todos sus bienes. E si el padre muriessse en ante que el moço fuesse de edad, si el huérfano ouiesse otro hermano (4) que fuesse mayor de veynte e cinco años, el lo deue auer en guarda en lugar de su padre.

(a) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.^a á la l. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEV X.—Si dominus manumittit servum impuberem, erit ejus tutor, quia succedet ei, si moriatur; et hoc si ipse defunctus non haberit consanguineos, qui de jure debeant succedere: idem si pater filium, quem impuberem emancipavit; et patre ante finitam tutelam defuncto, erit tutor frater mortui. Hoc dicit.

(1) El señor. Concordat *Institut. de legit. patronor. tutel.* per totum, et vide notata per Azon. C. de legit. tutel. vers. *ex sententia autem legis 12. tabularum*: et an iste satisfacit, vel ne? Vide l. *legitimos*, in princ. D. de legit. tutor.

(2) El cargo. Concordat cum dict. tit. et authent. *sicut*, C. de legit. tutel. et l. *secundum naturam*, D. de regul. jur.

(3) El padre. Concordat *Institut. de legit. parent. tutel.* et an iste satisfacit? Dixi supra in l. proxima, in gloss. super verbo *fiadores*, et an si emancipet in casu l. *filii matrem*, C. de inoffic. testam. pater si legitimus tutor? Baldus ibi dicit, quod non.

(4) Hermano. Concordat *Institut. de fiduciar. tutel.* et vide per Bart. in l. 3. C. de legit. tutel. et an iste sit tutor legitimus? Vide per Bald. in l. 3. C. de except. et l. penult. C. de legitim. tutel.

LEV XI.—Quando los guardadores son muchos, e non se pueden allegar para procurar los bienes del huérfano, como lo puede fazer el vno dellos.

Si los guardadores de los huérfanos fueren muchos (1), e se leuantare desacuerdo entre ellos, de manera que non se puedan todos ayuntar (2) a fazer aquellas cosas, que son tenudos de fazer en guarda dellos, e de sus bienes; dezimos, que estonze el vno dellos puede dezir al Juez, que el quiere dar (3) recabdo (a), e obligarse a cumplir lo que auian todos de cumplir, si los otros lo touieren por bien; e si non, que lo haga alguno dellos. E si se acordaren en esto, deue el Juez tomar tal recabdo (b) del, como diximos en la ley ante desta. E si se desacordaren, de manera que cada vno quiera obligarse a esto, e quiera auer en guarda los bienes de los moços, estonze el Juez deue escoger (4) aquel que entendiere que lo fara mejor, e que sera mas provechoso a los moços, e tomar tal recabdo (c) del, como sobredicho es; e darle poder, que el solo los pueda auer en su guarda, e aliñar, e aproueehar los bienes dellos.

(a) (b) (c) Es decir, fianza.

LEV XI.—Inter plures tutores super administratione orta discordia, omnium consensu potest uni administratio committi, et per iudicem discerni cum cautione, de qua supra eod. tit. l. 5. quolibet autem eorum tutelam volente, eligit iudex unum ex eis.

(1) Fueren muchos. Sive testamentarii, sive legitimi, vel dativi, et ortum habet ista lex à l. 5. in §. *apparet*, et §. fin. D. de administrat. tutor. et à l. *legitimos*, §. 1. D. de legitim. tutor. et à §. fin. et ibi Joan. Fab. *Institut. de capit. dimin.* et adde l. *testamento datos*, cum l. sequent. D. de testam. tutel. et à cap. 5. in authent. *de hæredib. ab intestat. venient.* vers. *si autem plurimi*.

(2) Todos ayuntar. Nam *segius expeditur commissis negotia plures*, versus quem allegat Glossa in dict. §. *apparet*.

(3) Que el quiere dar. Vide in dict. l. *legitimos*, §. 1. et in dict. l. *testamento*.

(4) Escoger. De ista electione habes etiam in dict. cap. 5. vers. *si autem plurimi*, in authent. *de hæredib. ab intest. venient.* et in l. 5. §. fin. D. de administr. tutor. Et adverte hic, quod tunc demum datur ista electio iudici, quando tutores non concordant, ut unus eorum gerat, sed omnes velint gerere; et sic patet approbari hie dispositionem dicta l. 5. §. fin. quem Albericus ibi dicit non corrigitur per textum in dict. authent. in §. fin. Distingue ergo in ista materia, quod quando plures tutores dati sunt per testatorem, et dubitatur quis gerere debeat, si quid testator disposuit quis gerere debeat, ille solus geret, et aliis præfertur, nisi aliquid constet, ex quo ille repellatur; de quibus in dict. l. 5. vel similibus; si verò testator de hoc nihil disposuit, tunc iudex convocabit in unum tutores, ut unum eligant, qui administret, et si discordent, iudex eligit. Si verò tutores plures testamentarii non consentiant, quod unus solus administret, non confidentes de ejus administratione, et petant administrationem inter eos dividi per regiones, audiantur, et quilibet se tuebitur exceptione, pro eo quod non administravit; hæc colligitur ex dict. l. 5. §. fin. et ibi per Albericum; et ibi vide per Bartolum, quid si unus vult dividere, alius non. Si autem sunt plures tutores legitimi, et expedit per unum tantum geri, tunc unus eorum potest reliquos compellere, vel quod satisfacit, vel recepta satisfactio ab illo consentiant, quod ei gestio committatur, ut in dict. l. *legitimos*, §. 1. et ibi notat Baldus, et si inter se non concordent, quis eorum gerat, iudex eligit, ut hic, et in dict. l. 5. §. fin. et idem videtur dicendum in pluribus dativis, ut sic in omnibus practicari possit ista lex.

LEV XII.—Quales Judgadores deuen dar guardador al huérfano desamparado.

Desamparado ficando el moço, que fuesse menor de catorze años, de guisa que su padre non le ouiesse